

## **Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

Articulus II. Unde actus humani speciem bonitatis aut malitiæ desumant?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

92 Tractatus IV. Disputatio IX. Artic. II. §. I.

econtra moralitas pertinet ad lineam operatio-  
nis, quæ ex sua natura est apta specificari à ter-  
mino & objecto extrinseco propter intrinsecum  
respectum ad ipsum.

§. V.

*Corollaria.*

19. Colliges ex dictis primò. Prædictam habitu-  
dinem actus ad objectum, in qua moralita-  
tem formaliter collocamus, non esse realiter  
(modaliter non distingui aliunde suppono) di-  
stinctam, & superadditam actui. Polita quippe  
libera tendentiā actus ad objectum substantia  
regulis morum, & remoto omni altero, hoc ipso  
intelligitur actus esse moralis.

20. Colliges secundò. Objectivam moralitatem  
nihil aliud esse, quam ipsum objectum, quatenus  
connotat rationem & regulam mensurantem,  
juxta quam per actum voluntatis in debitum si-  
nem ultimum rationali naturæ consentaneum  
referri possit.

21. Colliges tertiod. Divisionem moralitatis in  
bonum & malitiam moralem esse divisionem ge-  
neris in species. Siquidem moralitas ut sic est  
prædicatum superioris abstractibilis à bono & malo  
consentaneo & dissentiente regulis recte ratio-  
nis. Sed estne etiam adequata divisio? Resp.  
cum Jo. à S. Th. negative, quia licet in indivi-  
duo & actu exercito non detur aliquis actus, qui  
non sit vel bonus vel malus moraliter, prout de-  
clarabitur, datur tamen actus secundum speciem  
suam & ex meritis proprii objecti indifferens,  
ideoque indifferenter recte dicitur constituire  
tertiam speciem moralitatis. Ut enim actus hu-  
manus sit moralis plus non requiritur, quam ut  
liberè tendat in objectum ut substantia regulis mo-  
rum: quia alia est regula præceptiva, alia pro-

hibitia, alia permisiva. Licet igitur actus  
differens, ut est v. g. ambulare, non tendat in ob-  
jectum præceptum, vel prohibitum, tendit in  
men in objectum lege & ratione permisum. Unde si dicas: Actus vel est conformis, vel differ-  
ens regulis recte rationis: ergo vel bonus, vel  
malus. Relp. dist. antec. est conformis regula  
semper præcipientibus vel prohibentibus, nego;  
ali quando permittentibus concedo; & nego con-  
sequendam.

Colliges quartò. Duplicem potissimum ells.  
regulam morum; Remotam, & proximam. Re-  
motam est lex DEI æterna: à qua omnes aliae leges  
derivantur: proxima est dictamen propriæ con-  
scientie, quo mediante lex DEI nobis innoscit.  
Ratio primi est ex S. D., quod prima regula  
regula indefectibilis, in quam omnes aliae res  
cuntur, sed hæc est lex DEI æterna & in mem-  
bris existens, quam S. D. describit q. 91. 4. 1.  
quod sit ratio gubernacionis verum in DEO, fia  
in principe universitatis existens.

Ratio secundi est, quod illa est proximata.  
la nostrorum actuum, quæ in virtute prima-  
regula nostrorum actus morales proxime diriguntur:  
ejusmodi regula est dictamen nostre con-  
scientie, ceteri radii ab æterna lege derivatis. Sunt  
illud Ps. 4. *Signatum est super nos lumen uic-  
tui Domine. Unde*

Colliges quintò. Naturam rationalem, qua  
tenus antecedit legem conscientie, non esse  
malem regula moralitatis; neque enim permo-  
dum regula moralis præcipit, vetat, &c. sed tan-  
tum inclinat in bonum rationis, idque non tan-  
tum in bonum morale, sed etiam in bonum morale.  
Unde non tam regula morum, quam ra-  
tionis exigitiva talis regula dirigit in finem  
ultimum, natura quæ rationali proprium, regula  
radicalis dici debet, de quo alibi plura.

## ARTICULUS II.

### *Unde actus humani speciem bonitatis aut malitia desumant?*

#### SUMMARIUM.

1. Quid intelligatur nomine objecti?
2. Objectum non specificat, nisi prout subest judicio  
practicæ rationis.
3. Actus humani essentialē speciem moralitatis  
capiunt ab objecto.
4. Varie objectiones.
5. Actus indifferens ex objecto habet speciem essen-  
tialē indifferencia.
6. Quodnam sit objectum fortitudinis?
7. Actus externus accipit ab interno speciem boni-  
tatis ut est in executione.
8. Quodnam sit objectum hujus actus: Volo hone-  
ste vivere.
9. Numerus circumstantiarum.
10. Circumstantia semper tribuit aliquam boni-  
tatem vel malitiam moralem.
11. Circumstantia afferentes novam conformita-  
tem vel disformitatem cum objecto tribuunt  
novam speciem moralitatis.
12. Et tunc transiunt in conditionem objecti

13. Finis semper tribuit aliquam speciem moralitatis.
14. Aliquando essentialē, aliquando acciden-  
tiale.
15. In eodem actu humano dantur plures specie  
bonitatis, aut malitiae.

#### §. I.

##### *Species essentialis ab objecto.*

Tria sunt principia moralitatis, videlicet ob-  
jectum, circumstantia, & finis. Nunc de  
objecto.

Notandum primò. Objecti nomine hoc loco  
accipi illud bonum, ad quod ex proprio modu-  
lo tendendi actus humanus per se primò ordinatur,  
ut est v. g. in actu eleemosynæ subvenire indi-  
genti, ad hunc quippe finem eleemosyna largi-  
tio per se ordinatur, quamvis extrinseco & ex fine  
operantis ad alios bonos, vel malos fines ordinati  
possit. Unde objectum saepe distinguunt à fine  
operantis.

operatoris, semper tamen coincidit cum fine operis, ut patet in allato exemplo.

Notandum secundò. Ut actus ab objecto accipiat speciem moralitatis, pro necessaria conditione connotare practicam representationem & judicium rationis: neque enim objectum praecepit nisi se est, sed ut sublat cognitioni practicae, speciem tribuit; quia de causa ignorantia invincibilis se penumerò auctor malitiam, quam actus aliquo ex objecto contraxisset: e. g. in adoratione hostia non consecrata, qua tamen per invincibilem ignorantiam putatur esse consecrata, à parte rei est adorabilitas hostie non consecrata, qua simpliciter est prohibita & objectum idolatria: quia tamen hoc objectum non stat sub practica representatione intellectus, sed econatus adorabilitas Christi sub hostia, qua invincibiliter & prudenter consecrata judicatur, existens est hujus adorationis objectum hic & non representatum & praedictè judicatum, idcirco actus adoracionis ab hoc objecto specificatus est honestus, & procedit ex virtute religionis. His positis sit

**CONCLUSIO prima.** Actus humani speciem essentialem bonitatis vel malitiae accipiunt ex objecto, & D. q. 18. a. 2. dicens. *Sicut res naturalis habet speciem ex sua forma, qua dat speciem eius; ita & prima bonitas actus moralis atrenditur ex objecto convenienti.* Colligitur Os. 9. ubi de peccatoribus dicitur: *facti sunt abominabiles, sicut ea, que dilexerunt. Unde & D. August. tr. 2. in Jo. Si terram diligis, terreas es: si DEUM diligis, quid dicam? DEUS eris.*

Ratio est indicata à S. Doctore: Ita se habet objectum ad actum in specificando extrinsecè, sicut forma naturalis habet se ad compositum in specificando intrinsecè: sed forma naturalis dat composito primam & essentialem speciem intrinsecè: ergo etiam objectum dat actui primam & essentialem speciem extrinsecè: naturalem quidem, si spectetur in esse naturae; moralem, si spectetur in esse moris.

**4.** Objectus primò. Datur actus moralis indifferens saltem secundum speciem; sed iste non habet ex objecto speciem boni, vel mali moralis. Nam objectum v. g. ambulationis ut sic est deletabile exercitium corporis à regulis rationis neque prescriptum neque prohibitum, sed purè permisum, adeoque indifferens ad bonum & malum: ergo actus indifferens speciem boni vel mali non accipit ab objecto.

Secondo. Juxta S. D. in 2. 2. q. 124. a. 3. actus fortitudinis speciem sua honestatis non accipit ab objecto, quod est tolerantia passionis, vel mortis, nisi accedat aliquis finis extrinsecus alterius virtutis, v. g. religiosis, aut iustitiae.

Tertio. Actus interioris objectum est actus externus, v. g. objectum hujus actus, *volo furari*, est ipsumm furum exercitus: sed actus externus non potest interiori dare malitiam aut bonitatem; siquidem ipse suam bonitatem aut malitiam omnem accipit ab actu interno voluntatis: ergo non omnis actus humanus speciem sua moralitatis accipit ab objecto.

Quarto. Objectum hujus actus, *volo honeste vivere*, est in contuso materia omnium virtutum;

sicut & objectum istius actus, *volo peccare*, est indeterminate materiæ & objectum omnium vitiorum: sed hoc non potest speciem determinatam actui tribuere: ergo.

Respond. ad 1. juxta suprà dicta actum indiferentem secundum speciem, habere ex objecto essentialem speciem indifferentia, quæ deinde per accessum finis & circumstantiarum in individuo trahitur ad speciem boni, vel mali moralis.

Ad 2. Respond. mentem S. Doctoris esse, quod objectum fortitudinis requirat connexionem finis extrinseci alterius virtutis per modum conditionis & connotati extrinseci, non autem per modum specificativi formalis: licet enim sufficiencia passionis vel mortis absolutè non habeat honestatem, nisi connotet alium honestum finem, ad quem ordinetur: posita tamen tali conditione etiam ex propria materia habet speciem honestatem, quæ non relinet in honestate finis adjuncti, nimirum ratione peculiaris difficultatis in cuius victoria speciale honestas reperitur.

Ad 3. neg. min. ejusque probationem dist. a. 7. *Eius externus accipit suam bonitatem formalem ab interno & ut est in executione positus, concedo; accipit bonitatem, vel malitiam objectivam, & ut est in intentione, nego, de quo plura infra.*

Ad 4. nego maj: nam objectum istius actus, *volo honeste vivere*, est finis ultimus naturæ rationalis qua talis, nempe vel bonum honestum naturale conveniens naturæ rationali quatenus elevata in finem supernaturalem. Similiter iste actus, *volo peccare*, habet pro objecto ultimum finem inordinatum, nempe proprium commodum inordinatum, in quod fertur depravatus appetitus naturæ sibi relictus.

## §. II. Species à circumstantiis.

Notandum primò. Circumstantias actus humani communiter illo trito versiculo enumerari. *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando?*

Cujus numeri ista est ratio. Tot sunt circumstantiae, quot sunt species modi extrinsecè afficiendi actum humanum: (hoc quippe significat circumstantia tanquam extra substantiam actus constituta, eumque circumstans) sed ejusmodi sunt septem: ergo. Min. probatur: Actus afficitur extrinsecè vel secundum seipsum, vel secundum suam causam, vel secundum aliquem suum effectum. Actum ipsum afficit vel modus agendi, vel mensura ipsius. Modus agendi constituit circumstantiam quomodo? mensura est circumstantia temporis & loci, cetera quando & ubi.

Ratione causa actus afficitur, vel quia aliquid est causa finalis ipsius, & est circumstantia cur?

vel quia est causa efficiens principialis, & est circumstantia quis? vel quia est causa instrumentalis, & haec est circumstantia, quibus auxiliis? vel quia est causa materialis, & est circumstantia, quid? quæ etiam in parte effectus considerari potest. Ex his circumstantiis potissima est finis, non finis operis; quia iste non distinguatur ab objecto, de quo art. praeced. sed finis operantis, quæ est motivum voluntatis, ideoque peculiarem habet considerationem. E. g. si quis occidat Clericum

cum ex intentione prædandi pecunias, objectum actus & finis operis est injusta vite ablatio, tam præcepto charitatis quam justitia repugnans. Circumstantia cur & finis operantis est injusta ablatio rei alienæ contra virtutem justitiae. Circumstantia quid ex parte causæ materialis est violatio personæ sacræ repugnans virtuti & præcepto religionis.

10. Notandum secundò. Extra dubium esse, quòd actus humanus accipiat moralem bonitatem aut malitiam ex circumstantiis, nam Gen. 4. reprobatur sacrificium Caini propter admixtam circumstantiam odii erga fratrem Matth. 6. reprehendunt dantes elemosynam ex sine vanæ gloriæ. Magnitudo persona peccantis aggravat peccatum ut ex Isidoro habet S. D. q. 73. a. 10. Ratio est: quia bonitas & malitia humanorum actuum attenditur secundum conformitatem vel disformitatem ad regulas morum: sed circumstantia faciunt actum aliquando absolute conformem vel disformem, aliquando magis vel minus conformem aut disformem ad regulas morum: ergo circumstantiae tribuunt actu humano aliquam bonitatem, vel malitiam. Superest quæstio, an & quæ circumstantiae actu humano tribuant novam speciem bonitatis, vel malitiae, distinctam à specie quam actus accipit ab objecto.

11. CONCLUSIO secunda. Illæ circumstantiae tribuant novam & disformam speciem bonitatis aut malitiae, quæ afferunt novam conformitatem, vel novam disformitatem & repugnantiam cum regulis morum.

Ratio est: quia ut dictum, bonitas moralis consistit in conformitate, malitia vero in disformitate cum regulis morum & recta rationis: ergo illæ circumstantiae tribuant novam speciem bonitatis, quæ afferunt novam conformitatem; illæ vero novam speciem malitiae, quæ afferunt novam disformitatem cum regulis morum & recta rationis: cætera vero circumstantiae solummodo tribuant vel augmentum, vel diminutionem bonitatis aut malitiae. E. g. furatur aliquis calicem aureum die festivo ex sine forniciandi, in hoc actu, præter speciem furti vel injuritiae quæ ab objecto accipitur, circumstantia finis tribuit novam speciem fornicationis, propter novam repugnantiam cum virtute & præcepto castitatis. Item circumstantia quid, sive materia sacra tribuit novam speciem sacrilegii propter novam & specialem repugnantiam cum virtute & præcepto Religionis. Circumstantia vero pretiositatis, quod calix sit aureus, item quod furtum committatur die festivo, cœi circumstantia temporis, quia non inducunt aliquam specialem disformitatem vel repugnantiam cum distinto præcepto & virtute, propterea sunt species tantummodo aggravantes, non autem speciem mutantes.

12. Dices: Actus humani specificantur ab objecto, sed circumstantiae non pertinent ad objectum; siquidem per modum accidentium illi jam præsupposito superveniunt: ergo actus humani non accipiunt speciem a circumstantiis.

Respond. dist. min. Circumstantiae non pertinent ad objectum, quatenus comparantur ad primam & essentialem speciem, quam actus recipit ab objecto, concedo; quatenus comparantur ad

actum, quem trahunt ad novam speciem mortis, nego min. ergo non accipiunt novam speciem a circumstantiis sub prima consideratione, concedo; sub secunda, nego consequentem. Igitur circumstantia potest duplere considerari, primò, quatenus supervenit actu in sua specie constituta, & sic habet se per modum accidentis & servat rationem circumstantiæ: secundò, prout fundat in objecto novam objectivam repugnantiam cum recta ratione, ex qua actu pecaminosus fortius novam speciem peccati & sic non manet pura circumstantia, sed transiit in conditionem objecti.

### §. III. Species à fine.

CONCLUSIO tertia. Actus humanus semper accipit aliquam speciem moralitatis a fine, in constat ex prædictato c. 6. Matth. Ratio est: quia actu humanorum bonitas & malitia alio modo pender ex fine, quando eorum est pender ex fine: sed omnium actuum humanorum est pender ex fine: ergo etiam illorum bonitas vel malitia. Min. constat: Sic enim operantis est motivum voluntatis, ita necessario semper est causa actu voluntarii, & consequenter esse actu humani & voluntarii à fine de-

pender. Dixi, aliquo modo actu humanum accipere suam speciem à fine: quia pro diversitate eorum aliquando accipit speciem essentialem, aliquando accidentalem.

Nam actus internus vel est mere elicitus citiens, elque ipsa finis intentio, vel ex prædictione imperatus, ut electio mediorum ad consequendum finem: si est mere elicitus, tunc accipit à fine operantis speciem essentialem; iste actu pro immmediato & specificativo hoc objecto recipiat ipsum finem operantis: si vero sit imperatus, tunc est distinguendum: vel enim accipit reduplicativè, quatenus nimurum imperatur, & tunc speciem essentialem accipit à fine operantis, quem ut sic per se primo recipit. Si autem sumatur specificativè, tunc ab objecto proximo tanquam fine operis sumit speciem essentialem, à fine vero accidentalem. Utrumque inducit S. Doctor, & primum quidem q. 1. de virtut. a. 10. Actus alicuius habitus, prout imperatur ab illo habitu, accipit speciem moralem, formaliter loquendo de ipso actu; unde cùm quis fornicietur sive furetur, actus iste licet materialiter sit intemperie, tamen formaliter est avaritia. Alterum expressum hinc q. 18. a. 2. dicens: Sic ut prima bonitia rei naturalis attenditur ex sua forma, qua dicitur secundum ei, ita & prima bonitas actu moralis attenditur ex objecto convenienti. Idem proportionaller est de malitia. Et ratio ulterior est, quod quia in actu se habent variabilitatem, sunt contingentes; sed bonitas & malitia ex fine operantis habent se variabilitatem in actu; nam furtum v. g. semper habet speciem injuritiae, quod autem habeat malitiam fornicationis, est ipso per accidens: ergo.

Colliges ex dictis. In eodem physice actu plures bonitates, vel malitiae specie distinctas reperti posse. Hoc ipso, quod idem physice actu possit habere plures conformitates vel disfor-

ates ad regulas rectæ rationis. Unde etiam quadruplex bonitas naturalis seu transcendentialis, quæ sequitur actionem ut actio & ens est, ea- que non minus actui malo, quam bono communi- que est. Secunda est bonitas moralis essentialis,

## ARTICULUS III.

*An detur actus humanus indifferens in individuo?*

## SUMMARIUM.

1. Dantur actus indifferentes secundum speciem.
2. Non dantur in individuo.
3. Quomodo species salvari debeat in individuo.
4. Quà lege homo obligetur omnia opera ordinare in finem honestum.
5. Sine homo obligatus omnem suum actum ordinare in finem supernaturalem?
6. An in casu invincibilis ignorantie, aut in se- quela Scotistica sententia detur actus indif- ferens?

## §. I.

## Resolutio questionis.

i. Suppono ex dictis, dari aliquos actus indifferentes, qui secundum speciem & præcisè ex meritis objecisti, ad quod ab intrinseco referuntur, sunt indifferentes: siquidem deambulatio v. g. habens pro objecto exercitationem corporis, delectabilitatem lege permisam, ex vi objecti nec est bona, nec mala, sed indifferens; siquidem ob- jectum ex se est prorsus indifferens, ut voluntas illud referatur finem honestum, & naturæ quæ rationali consentaneum, cùm ex se solummodò di- cat proportionem & commensurationem cum bono naturæ humanæ quæ sensitivæ. Quæstio sit, utrum non solum secundum metaphysicam abstractionem & in statu essentiæ, ut vocant, sed i parte rei, in statu realis exercitii & in individuo prout actus à voluntate egreditur, detur actus aliqui humanus indifferens, qui neque sit bonus, neque malus moraliter?

ii. CONCLUSIO: Non potest dari actus huma- nus indifferens in individuo. Ita contra Scotum

S. D. hic q. 18. a. 9. Conformater D. Augustino

ep. 19. dicenti: Cavendum esse, ne quadam facta

hominum media dicamus inter recte facta & pec- catum.

Probatur primò authoritate legis Evangelica

damnatio malitia verbum otiosum: sed eadem

est ratio de actu indifferente, tanquam otioso:

ergo & iste est damnabilis & consequenter non

mancus indifferens.

Min. probatur: verbum otiosum est & dici- tur tale, non quia in nullum, aut malum finem proximum ordinatur, sed quia non ordinatur in debitu finem: atqui actus indifferens etiam non ordinatur in debitu finem; adeoque æ- quæ, imò magis est vituperabilis, quam verbum otiosum. Minor probatur: finis delectationis & commoditatis sensibilis non est debitus neque commensuratus naturæ rationali quæ tali: atqui actus indifferens juxta explicationem Adver- satorum ordinaretur in finem delectationis & commoditatis sensibilis: ergo.

Probatur secundò authoritate Theologorum communi consensu divinam providentiam adæ- quatè dividentium in providentiam approba- tionis circa opera bona, & permissionis circa opera mala. Sed hæc divisio non efficit adæquata, si da- rentur opera indifferencia; siquidem pro illis ter- tius modus divinitæ providentiae deberet assignari.

Probatur tertio authoritate Philosophorum, secundum quos non dantur habitus indifferentes; nam de natura habitus est bene vel male di- sponere subjectum; ideoque Philosophus 2. Eth. dicit: quod per habitus morales homo fiat melior, vel deterior. Atqui non est assignabilis dispa- ritas, quare non deberent admitti habitus indiffe- rentes generati ex actibus indifferenteribus si da- rentur, cùm admirandi sint habitus virtutis ge- nerati ex actibus studiosis, & habitus vitiis ge- nerati ex actibus vitiis.

Probatur quartò hæc ratione. Omnis actus humanus, quicunque nec formaliter nec virtua- liter dirigitur in finem honestum, est malus: sed actus, quem vocant indifferente, non dirigitur in finem honestum formaliter aut virtualiter, (alias quippe foret honestus & bonus moraliter:) ergo est moraliter malus & dishonestus. Major, de qua est status questionis, probatur: Actus hu- manus qui deficit à fine sibi quæ tali debito est ma- lus moraliter: sed actus humanus non ordinatus in finem honestum, deficit à fine sibi quæ tali debito: ergo actus humanus non relatus in finem honestum hoc ipso est malus. Major constat: quia actus moraliter malus nil aliud est quæ a- ctus deficiens à fine & regula sibi debita. Minor probatur: Actus creatura rationalis quæ talis de- betur finis honestus & consonus rectæ rationi, referibilis in debitu finem ultimum: hoc solo quippe fine in suo modo agendi homo differt à brutis animalibus, quæ & ipsa feruntur in bo- num delectabile sensu accommodatum: Atqui actus humanus non relatus in finem honestum, deficit ab hoc fine: ergo etiam actus humanus non relatus in finem honestum, deficit à fine a- ctus creatura rationalis quæ talis debito.

Confirmatur primò. Finis non subordinatus ultimo fini naturæ rationalis est deordinatus, & consequenter etiam actio tendens in tunc finem: atqui solum bonum honestum est subordinatum ultimo fini naturæ rationalis; cùm bonum dele- stabile ut sic præcisè respiciat ultimatum proprium commodum & bonum naturæ sensitivæ: ergo.

Confirmatur secundò. Operari modo bruti est operari disformiter regulis prudentiæ, utpote dictantis, omnia esse ordinanda in finem con- gruum: sed qui hæret in bono delectabili, non respicendo